

"Die X Decembris:"

"Coram vobis... domino Joanne Centurione... constitutus
Ambrosius Bernichonus de Arenzano, dicens et exponens
quod anno de M^oCCCC primo, tempore capitaneatus domi-
norum ictoris de Flisco et Octoboni Justiniani, tunc capitaneorum,
etc. (sic) in Peyra... dum predicti tunc domini capitanei, occasione guerre,
vellent ire contra Turchos in gulfu Atire, que dicitur Natya, in Grecia,
causa damnificandi Turchos predictos, et ipsi domini tunc capitanei
precepissent dicto Ambrosio, tunc existenti in Peyra cum una sua
navi, quod ipse Ambrosius armaret barcham dicte sue navis et cum ea
sic armata iret ad locum predictum, et idem Ambrosius, juxta
preceptum eorum, misisset barcham suam ad locum predictum, et dum esset
in dicto loco barcha predicta, super qua erat unus sclavus dicti
Ambrosii, dictus sclavus captus preliando cum Tur-
chis. Item dicit quod, post predicta, per spacium unius anni vel
ultra, predictus sclavus dicti Ambrosii, captata habitate
fugiendi a Turchis, aufugit de potentia Sarafadini capitanei, tunc
in castris novis, existentibus prope Constantinopolim, in Peyram
et accessit ad unum brigantinum Galicorum, quem tunc dictus sclavus
dicti Ambrosii videbat prope terram, et ascendidit (sic) super ipsum
brigantinum et cum eorum (sic) venit in Peyra, et, dum dicti galici
vellent vendere dictum sclavum, "ce dernier protesta, le podestat n'
intervient pas pour le defendre contre les Français. "Qui quidem
sclavus dicti Ambrosii erat de progenie Taitarorum, etatis anno-
rum XXV vel circa, et vocabatur Asportus."

Fol. 23. — Ea die, vii^a Decembris: Inzicus Baldinellus, burgensis Peyre,
testis productus..., dicit tantum, quod, modo esse possunt anni duo vel
circa, tempore pot[est]atis domini Lodisii Barosi, ipse testis fuit missus

Grecia, ad quoddam castrum positum in Grecia, quod erat tunc Turchorum, vocatum Cotolo, pro aliquibus tangentibus Commune Peyre, eo quia tunc temporis ⁽ⁿ⁾ rigeat guerra inter Commune Peyre et dictos Turchos, et, dum vellet ad dictum castrum ire, Ambrosius Bernichonus, qui tunc erat in Peyra, rogavit ipsum testem ut inspiceret, si ad dictum castrum seu alibi inveniret quendam suum sclavum Tartarum, qui fuerat captus a Turchis. Qui testis, dum ad dictum castrum Cotolo aplicuit, interrogavit si in ipso castro aut in illis partibus esset quidam sclavus Tartarus, qui fuerat captus a Turchis; et qui testis tunc vidit quendam sclavum Tartarum, quem interrogavit cujus erat; et dictus sclavus respondit et dixit quod erat domini Ambrosii Bernichoni, qui testis tunc ipsi sclavo dixit: "Quare es ibi et angustus? Nonne stables tu bene, vis ante fieri Turchus quam Christianus?" Et tunc dictus sclavus ipsi testi respondit et dixit: "Domine! Ego fugam arripiam, si comode quanciculus potero, et redibam in Peyra et inquiram dictum dominum Ambrosium, cujus sum, et cum ipso scriba pro suo, prout antea eram. Et hoc est quod scitis de predicto."

Fol. 23^{ro}-24, 27. — Ea die: Dominicus Pisanellus, testis productus ..., dixit se tantum scire de contentis in dicto titulo, videlicet quod ipse testis, anno de MCCC primo, erat ad stipendium cochet tunc dicti Ambrosii, et de mandato tunc capitaneorum tunc Peyre vidit dictum Ambrosium armare suam barcham, et quam armaverunt et cum qua barcha, cum hominibus in ipsa navigantibus, iverunt ad partes Turchie, ad locum dictum, Atira, causa damnificandi Turchos, quo tunc damnificare non potuerunt...

Ea die: Manuel de Sancto Georgio, habitator Peyre, testis productus ..., dixit se tantum scire, videlicet quod anno de MCCCC primo, tempore capitaneatus dicti Etoris de Flisco et Octoboni Justiniani, tunc capitaneorum terre Peyre, ipse testis erat ad stipendium dicti Ambrosii Bernichoni, tunc patroni unius

sue navi), et de mandato dictorum capitaneorum ipse Ambrosius
 armavit suam barcham, super qua ipse testis, tanquam marinarus
 dicte coche, fuit positus per vim, non valens contradicere prece-
 pto sibi imposito, quod ascenderet dictam barcham, et super
 qua barcha, simul cum certis galeis, iverunt ad locum Atize; super
 qua barcha erat dictus sclavus dicti Ambrosii, et dum essent in
 dicto loco Atize, iverunt ad quoddam casale, in quo erant certi
Turchi, qui duxerunt in fugam homines dicte barche, ex quibus
 hominibus remansit dictus sclavus dicti Ambrosii, qui
 fuit captus a dictis Turchis, et hoc est quo scit de predictis...

(3) Serfedino Turchi, ambaxator domini Jhalabi. Le seigneur
 Jhalabi est le sultan Bajazet.

Ms. n. 74.
 Ms. n. 65

(12) Kaidoxor. On ne le retrouve pas dans les portulans.



AKAΔHMIA